

In cuius rei euidenciam firmiorem sigilla discretorum virorum karoli dansson fratris mei karoli magnosson domini vluari in sandom vna cum proprio presentibus sunt appensa scriptum Anno domini M^o CCC^o XL VI die beati mathie apostoli (!) et euangeliste.

Sigillen: N. 1, Anund Danssons (otydliga figurer på en ginbalk); N. 2, Carl Magnussons (2 snedbjelkar); N. 3, Presten Ulvari, andligt (en hand öfver en kalk); N. 4 borta, remsan kvar.

4039.

1346 d. 27 Febr.

Falköping.

RAMFRID BENGTSDOTTER testamenterar en gård i Sundby, Fors socken i Oppunda, och 2 nybyggen till Juleta kloster, der hon väljer sin graf, samt anordnar om messor och festmåltider m. m. för sin och sin der förut begrafne mans Birger Röríkssons och sin nu varande mans Carl Tukasons m. fl. själar; gifver gods i Fröslunda till Strengnäs domkyrka för stiftande af ett altare med messor, en gård i Mjällrunge till Skara domkyrkas byggnadskassa för årsbegängelses firande, jemte mindre gåfvor till kyrkor, kloster, hospital, helgeandshus, prester, fattiga m. m.; samt i ett senare tillägg 60 mark penningar till Aneboda kyrka i Wärend, hvilken hon och hennes senare män nybyggt, m. m.

Vidim. afskr. på perg. i Sv. Riks Arch. *)

IN nomine domini Amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo quatuagesimo sexto die lune post dominicam carnispriuii Ego Ramfridis Bændictsdoter sana corpore. et compos mente. considerans hoc solum hominem de terrenis sequi posse post obitum quod pro remedio anime in pias fuerit causas erogatum. de bonis meis michi a deo collatis. anime mee cupiens salubriter preuidere. Non inducta non illecta sed proprie voluntatis et rationis mota arbitrio testamentum meum cum consilio cognatorum et assensu heredum meorum condo et ordino in hunc modum In primis monasterio in Juluttum. in quo meam eligo sepulturam iuxta altare sancti spiritus vbi predilectus maritus meus Byrgerus Röríkson. bone memorie. sepultus est. confero curiam meam in sundby sitam. in parochia fors in vppundia. cum molendinis. et molendinorum locis. ac coloniis in Ekeby et Nesby. sitis. cum agris pratis siluis pascuis piscariis et eorum adiacenciis singulis. jntra sepes et extra. alonge vel prope positis. Hac adiecta condicione quod [ad] altare quod jdem dilectus maritus meus Byrgerus in honorem sancti spiritus ibidem fundauit vna missa pro defunctis. cum illis duabus missis quarum vnam de sancto spiritu et aliam de domina jdem Birgerus pro anima sua. in qualibet septimana dicendas instituit exnunc pro animabus vtrorumque nostrum. et parentum nostrorum omni septimana. juperpetuum celebretur. jnsuper volo quod in qualibet ebdomada pentecostes annis singulis. fiat vno die sollempnis pitancia pro conuentu. statim jnmediate post illos duos dies quibus fit pitancia conuentui.

*) Intaget i en vidimation af Biskop Sigge i Skara, dat. den 21 Juli 1349.

pro anima býrgeri mei predilecti prout in suo testamento continetur pro anima mea et parentum nostrorum necnon dilecti mariti mei domini karoli tukason. cum vigiliis et missis precedentibus in conuentu sollempniter celebrandis Ac pauperibus aduenientibus illo die de victu vnus prandii sufficienter et honeste prouideatur. Volo eciam quod dominus henrichus nunc abbas ibidem bona prefata quoaduixerit sub prouisione sua habeat. et ad premissa exequenda annuatim redditus et prouentus dictorum bonorum ordinet et dispenset Post dies autem suos. vsibus conuentus perpetuis temporibus. deseruiat [x:— uiant]. conditione et ordinatione superius expressis. inuiolabiliter obseruandis. Jtem ecclesie cathedrali sanctorum petri et pauli strengenes bona mea in frøslundum. cum coloniis agris pratis pascuis siluis piscariis ac adiacenciis quibuscumque intra sepes et extra. pro fundacione cuiusdam altaris. in eadem ecclesia strenge- nensi. in qua secundum ordinationem et prouisionem domini episcopi stren- genensis qui pro tempore fuerit vnus prebendarius sacerdos ad tres missas dicendas in omni septimana vnam. silicet. de sancto spiritu. aliam de beata virgine et terciam pro defunctis pro animabus dicti Býrgeri dilecti mariti mei et parentum nostrorum necnon dilecti nunc mariti mei domini karoli tukason ad idem altare perpetuo sit astrictus. Jtem cuilibet monacho sacerdoti in claustro Julattum vnam marcham denariorum. aliis autem monachis. clericis et laýcis. cuilibet dimidiam marcham. denariorum. Jtem parochiali ecclesie mee in fors coloniam meam in Rosindall. jta quod medietas pensionis cedat ad fabricam ecclesie et medietas ad mensam sacerdotis. Jtem ad fabricam ecclesie beate virginis scaris confero curiam meam in miællrunghum sitam. cum pertinencijs suis quibuscumque intra sepes et extra. Jta quod semel omni anno anniuersarium meum cum vigiliis et missa pro animabus dicti býrgeri mariti mei dilecti. et domini mei domini karoli. nunc mariti mei dilecti. et parentum nostrorum consueto modo celebretur. Jtem ecclesie vpsalensi duas marchas puri. ceteris vero cathedralibus ecclesiis in regno swecie cuilibet vnam marcham puri. Jtem monasterio in warneem vnam marcham puri. Jtem fratribus minoribus scaris vnam marcham puri. Jtem singulis ecclesiis in quarum parochiis bona habeo. vnam marcham denariorum. et aliam curato. Jtem ecclesie in gezstadhum quinque marchas denar. et vnam curato Jtem monialibus skæningie viginti marchas denar. de quibus decem pro fabrica ecclesie earum et decem deputo pro conuentu Jtem omnibus conuentibus religiosorum monasteriorum in regno Suecie cuilibet vnam marcham denar. Jtem pauperibus viginti marchas denar. Pro solucione legatorum in prompta pecunia et argento inpignero curiam meam in oþensaker cum coloniis et molendinis. et omnibus alijs adiacencijs. intra sepes et extra. sub tali condi-

cione quod executores mei potestatem habeant vendendi curiam eandem cum omnibus pertinenciis et soluendi legata supradicta. dummodo infra annum fuerint non soluta. et residuum precii heredibus meis committatur. Exequutores autem huius testamenti mei constituo venerabiles patres. dominum scarensensem et dominum strengenensem. et dominum abbatem in Julattum qui pro tempore fuerint In cuius euidentiam testamenti sigillum venerabilis patris. domini siggonis dei gracia episcopi scarensis et sigilla reuerendorum dominorum domini. silicet. Benedicti archidyachoni scarensis. et domini mei domini karoli dilecti mariti mei. et domini Benedicti de salaby canonici scarensis vna cum sigillo meo presentibus sunt appensa Actum in presencia. venerabilis patris. domini scarensis supradicti, phalocopie, anno et die supradictis Insuper rogo predilectas sorores meas. dominas katerinam et cristinam vt sigilla sua faciant hiis apponi. Jtem addo de nouo ad hoc testamentum meum ecclesie in Anabodhom in værendia quam dilectus maritus meus dominus karolus tukason et ego de nouo edificari fecimus lego sexaginta marchas denariorum. Jtem coralibus in (!) vexsio omnibus simul decem marchas Jtem presbitero qui fuerit ad altare quod dilectus maritus meus predictus in ecclesia vexionensi fundauerat tres marchas. Jtem cuilibet hospitali et cuilibet domui sancti spiritus vnam marcham.

4040.

1346 d. 1 Mars.

Arby.

Biskop PETER i Linköping bifaller Riddaren Lars Carlssons anhållan att få lemna gods i Wikleby och Karlevi i Wikleby socken på Öland, i stället för de gods i Ullavi i Westerviks socken i Tjust, hvilka hans broder Kaniken Arvid Carlsson hade gifvit till den af Hertiginnorna Ingeborg i Linköpings domkyrka stiftade præbenda; hvarjemte Biskopen förordnar att hvarje månad 2 messor skola af præbendans innehafvare läsas för Herr Arvids själ. (Jfr. N. 3532, 4041.)

Registr. Eccl. Lineop. perg. fol. 126. v.

Omnibus presens scriptum cernentibus petrus dei gracia episcopus Lincopensis Salutem in domino sempiternam, Cum reuerendus vir dominus arvidus karlson felicis recordacionis quondam vpsalensis et lincopensis ecclesiarum canonicus in extremis agens et anime sue saluti salubriter consulere uolens, pro augmentatione prebende per inclitas dominas dominas Ingeburgim et ingeburgim dominorum erici et waldemari felicis memorie olim ducum swecie jllustrium relictas in ecclesia nostra lincopensi fundate et postmodum per ipsum dominum arwidum karlson canonicè optente bona sua in wllawi parrochie wæsterwik in thiustia legauerit, sicut ex testamento suo super hoc et aliis in eodem contentis colligitur euidenter, Et nobilis miles dominus lauren-